

(1280) 1281, març, 17

Arnau de Ribera, cavaller, com a hereu de la seva esposa Gueraua, firma a Ramon de Torrent certes peces de terra situades al terme de Madremanya, per 30 sous.

ASD núm. 251, perg. orig. 217 x 290 mm, carta partida.

Notum sit omnibus quod egò Arnallus de Ripparia miles, heres testamenti uxoris mee Geralde quondam et tenens bona ipsius, per me et heredes dicte uxoris mee [...] lauda et concedo tibi Raimundo de Torrente de Madremayna et tuis perpetuo totam illam terram uocatam Insulam que est in parrochia de Madremayna, que affrontat ab oriente in media riera, a meridie in uinea [... ab accidente in uinea Ferra]rii de Pradella, a circio in honore GuiHelmi Mosterie. Item lauda et concedo tibi et tuis perpetuo totum illum campum uocatum de Femada qui est in parrochia supradicta et afrontat ab oriente in honore qui fuit mansi de Pradella, a meridie et accidente in honore[...] et a circio in camino publico. Item laudo et concedo tibi et tuis in perpetuum totum illum quadronum terre qui est in dicta parrochia et affrontat undique in [...]. Item lauda et concedo tibi et tuis in perpetuum totum illud quadronum terre quod est in parrochia memorata et affrontat ab oriente in media riera, a meridie in camino publico, ab accidente in honore Arnaldi de Torrente et in honore tuo, a circio in honore tuo. Item lauda et concedo tibi et tuis in perpetuum totam illam fexiam terre que est in parrochia sepedicta in plano de Torrente et affrontat ab oriente in honore Arnalli de Torrente, a meridie in honore Petri Guilielmi de Miars, ab accidente in honore tuo, a circio in honore qui fuit mansi de Pradella, que quidem omnia fuerunt de honoribus mansorum Bernardi Ferrarii de Miars et Guilielmi Buffil eiusdem · laci, et ipsa omnia et singula cum introitibus et exitibus, pertinentiis-et tenedonibus et melioramentis ibi factis et faciendis et cum omnibus proprietatibus et integritatibus suis et arboribus generumdiuersorum ac cum omnibus in se habentibus sibique qualicumquemodo pertinentibus, sic tibi et tuis perpetuo lauda et concedo ad omnes uoluntates tuas perpetuo faciendas, saluo iure meo et dicte uxoris mee in omnibus, quibus dabis inde duo paria gallinarum infesta Natalis Domini annuatim pro censu, et nichil aliud pro consuetu agrariis inde dare teneris; et propter hoc laudamentum et concedimentum recognosco a te recepisse et penes me habuissetriginta solidos barchinonenses de temo, renuncians excepcioni peccunie non numerate. Et ego Raimundus de Torrente predictus, laudans et concedens predicta, promito uobis Arnaldo de Ripparia predicti et heredi dicte Geralde uxoris uestre dare et soluere dictum censum in termino supradicto, obligans inde uobis predictos honores et possessiones et melioramenta que fecero in eisdem.

Actum est hoc .XVI. kalendas aprilis anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo.

Sig+num Arnaldi de Ripparia, sig+num Raimundi de Torrente predictorum, qui hoc firmamus et laudamus. Testes huius rei sunt Auinionus, clericus Sancti Petri de Gallicantu et Petrus Burguesii, scriptor.

Sig(s. man.) Bernardi Palacioli qui hoc scripsit mandato Raimundí de Toyano, publici Gerunde notario, cum raso et emendato in .VI. linea ubi dicitur "parrochia memorata". Eg(s. man.)o Bisullunus Burgesii, terrens locum Raimundí de Toyano, publici Gerunde notarii, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 517-518